Epitaphium Argentinæ

Ne ita, quæso properes Viator!

Saxum enim

Quod hic vides non ignobiles Cineres sed Corpus includit

Illustrissimæ et Præpotentis quondam S. R. I. Principis

Viri, ut te clarius instruam!

ARGENTINÆ.

Jam ante sesquimille Annos à primis

Romanorum Cæsaribus procreata, subsequutis

Imperatoribus, et Regibus exculta et tam

laute ditata

Ut

Natalium Splendore, Terrarum Ubertate

Elegantia formæ, facultatum abundantia

Literis et armis, etiam omni varia artis Scientiâ

Nulli Vicinarum Principum cederet

Imprimis autem

Retinendæ in perpetuum Virginitatis honore

tantopere sollicita

Ut et

Henricum II. Gallorum Regem sui Seculi

potentissimum

Jam tum nuptias potius Stuprum ambientem

Cum suis XXX M. armatis procis

Vel ipso accessu exclusêrit, et in

Maiorem